



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis  
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnia hujus  
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,  
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de  
Coloniae Agrippinae, 1655**

VIII. Laudes Luthero à discipulis ipsius adscriptae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10880**

super Genesim Commentarios, ut & Theophylacti opera  
vertenda suscepit. VVolfgangus Musculus libros aliquos  
S. Basili, & Ioannes Langenus Infinum, Lambertus  
Humfredus Cyrrillum Alexandrinum, Iacobus Faber  
Ioannem Damascenum, Bilibaldus Birckhaimerus Gre-  
gorium Nazianzenum, Laurentius Humfredus quedam  
Origenis Opuscula, Ioannes Leunclavius Gregorium  
Nissenum & historiam Michaelis Glyca & Constantini  
Manassis, Ioannes Langenus historiam Ecclesiasticam  
Nicephori; Hieronymus VVolfius historiam Zonarae, in-  
terpretari conati sunt. Alios omitti, ac praesertim  
Basileenses theologos, qui Anno M.DLXIV. S. Atha-  
nasij opera imprimi curarunt, in quibus quarto XXIV.  
Ad Antiochum, velut Papistica, omissa est, quamvis  
eadem in antiquis, vt & a Gryphio An. MDXXX.  
excusis exemplaribus habeatur. Eadem fide & in-  
tegritate jidem in Laetantio imprimendo vni sunt.  
Quo falsitates in Bibliorum a Vatablo curata  
versione commissæ sunt? cuius impressori Rober-  
to Stephano auctor grandem dicam impegit, eò  
quod se in scio, suo nomine esset abusus, & libe-  
tam multa falsa & corrupta promulgasset. (l) Ve-  
rum ille forum declinans, Geneuam le recepit, om-  
nis impieatis asylum.

Quod si minutatum ista omnia, ac praesertim  
quæ in Magdeburgensis Centurijs passim oc-  
currunt, persequi mihi esset consilium; Deum im-  
mortalem, quorū quantasque falsitates, corruptio-  
nes & depravationes demonstrare possem! Quam  
multa truncata, mutilata, omissa, addita, inuersa,  
peruersa: dum erroribus suis patrocinium querunt,  
aut Ecclesiæ lumina suis interpretationibus ob-  
struere conantur. Rumpunt illi & corrumpunt om-  
nia, vertunt, inverunt, pervertunt; praesertim si quid  
opinionibus suis contrarium occurrat. Geteris enim  
accisis, id tantum relinquent, quod minus ipsi re-  
pugnare videtur, & cui color aliquis induci potest. Hinc fit vt verbis SS. Patrum tamquam alic-  
æ arboris suos inserant, veluti palmites: qui tam-  
quam sylvestres & adulterini nullum alium fru-  
ctum ferunt, quam quod varijs modis illorum ho-  
minum fraudem & malitiam produnt. Tam mul-  
tis locis adeo fœde scriptores illi à nouis his Mar-  
cionibus corrupti, depravati ac mutilati sunt, vt  
non minus quam Hippolytus olim ab equis discer-  
ptus, omnem pristinam formam amiserint, adeo-  
que non iij qui sunt videantur. Periodos ad suum  
placitum formant, verba sine lance exigunt, syllabas  
vt volunt examinant. Addunt, demunt quod  
videtur. O importunos homines, quibus velut

continua febribus laborantibus, nullus bonus & salu-  
taris cibus placet, sed veluti prægnantes feminæ  
caecatum expectunt quæ & foeda sunt & noxia. Sed  
tuum est, ð sancta multisque nominibus illustris  
Societas IESV, & scientia promptuarium, do-  
mini cillum eruditionis, & præstantissimorum in-  
geniorum veluti recessus merito quidem habetis,  
(cuius initium & progressum libro V. describe-  
mus) tuum inquam est, spongiam tota inductis co-  
loribus adhibe, & natum illum & pristinum  
splendorem diuinis illis operibus restituere, & er-  
rores & fagos quos pessimi illi homines ille-  
runt, expurgare.

VIII. Quemadmodum vero in libra, si lancium  
vna deprimatur, altera sursum vergit & eleuatur;  
sic Lutherus per SS. Patrum contemnum, inter  
suos ad summam gloriae opinionem gradum sibi  
construxit. Nam & ipse Evangelista & Apostoli ti-  
tulum sibi vendicare non dubitauit; & haec eadem  
multaque alia encomia discipuli ipsius (derigidis  
loquor, non mollibus, quales VVitebergenes &  
Lipsienses appellati sunt) in omnibus quos pu-  
blicarunt libris ipsi tribuant: quorum sane tanta  
est multitudo, vt nullus vnuquam hæreticos scri-  
baciōes fuisse facile mihi persuadeam. In his Ma-  
gistrum suum (m) non honorant modo, sed tam-  
quam cælo delapsum Palladium adorant: alterum  
Paulum Apostolum, alterum Eliam Prophetam (&  
hoc nomine sibi etiam tribuit) Tubam ecclē-  
stem, Os Dei, S. Spiritus organum, alterum S. Ioannem  
Baptistam Christi precursorum, appellantes. Lutherum  
Funcius historicus ait, velut alterum Ioannem Bap-  
tistam, agnum Dei quicollit peccata mundi, common-  
strasse: eiusque aduentum multis vaticinijs & visioni-  
bus longè ante fuisse prædictum: quæ quidem ego  
VVitebergæ forte adhuc in Democriti puto late-  
reputo. Hocloco m:hi in mentem venit Psaphon  
ille impostor, qui picas quasdam verballa,  
Psaphon est Deus, sonare edocuit, vt hominibus  
persuaderet se Deum esse. At vicini, Psaphonem  
siebant anuum conuicio Deum, sed hominum veraci  
sermone impostorem perhiberi. Sic quamvis Lutheranæ  
ista picæ & psittaci (n) hanc cantilenam sem-  
per fere in ore habeant, & eandem omnibus pagi-

M m nis

1 Posseinius, Bellarminus & alij. m Saxon. Theo-  
logi in supplicatorijs libellis ad Naumburg. fol. 63 Luth.  
tom fol. 488. Fox in Act pag. 404, n Sarcerius Ne-  
ander in lib. orb ter. 3 part. Amsdorff. in pref. op Luth.  
Vibrand l. debon. & mal. Germ.

nisi illigant. Lutherum esse alterum Eliam, alterum Ioannem Baptistam, esse Dei Apostolum: sapientes tamen ei occantant, Lutherum monachum esse apostolam, scriptatorem, sacrilegum, impostorem, hereticorum Patriarcham, quo nomine æque se ipsum nominavit (o) & Antichristi præcursorum. Aiunt illi, Post Apostolos non fuisse maiorem inter homines quam Lutherum: quia tantum pri scilicet Doctores antecellat quantum Sol Lunam. Huic sine dubio antiquos illos Patres, Hilarium, Augustinum & alios, siadē vixissent etate primas delaturos, & velut luxas & calones tam magnum ducem sequuturos fuisse. Alberus contra Carolstadium aperte inquit, Lutherum plus scire quam omnes Ecclesia Doctores: adeo ut si S. Augustinus adhuc vivaret, honori illud sibi ducturus sit, si discipulus ipsius dicatur. Quinetiam D. Paulo Apostolo aqualem faciunt. Quiddico Paulo Apostolo: immo ipsi Christo. Si placet, inspicere unum expræcipuis quæ habuerunt Colloquijs (p), ubi plus quam quadraginta locis vtuntur his verbis: Hoc congruis verbis Christi & Lutheri; iuxta Lutheri Euangelium: testis scriptura & Lutheru non acqueruerunt S. Spiritus & Lutheru: Quo loco eundem habeant satis his versiculis declarant (q).

*Christus habet primas, habeat tibi Paulus secundas:  
Apostoli filios proxima Luther habet.*

Hoc aiunt alibi, repugnat S. Pauli & Lutheri doctrina. In Actis Apostolorum, & Catechismo Lutheri, &c. Vides quomodo semper ipsi S. scriptura Lutheri scripta coniungant. Omnes, si ipsi creditimus, qui ante Lutherum fuerunt, homines fuerunt; ipsi vero Lutheri se discipulos profiteantur, dijps paulo minores; qui ex medio Cherubinorum choro descendenter. Reliquos omnes talpi fuisse magis tecos, se ad stuporem usque lynceos, ceteros Papæ Abinos; se quidam si Lutheri equos, vel certe mulos. Sic miseri isti homines loquuntur; qui cum velut innotescunt in ipsa meridie cœcutiant, aquila tamen clavis se videre opinantur. Sed iuvat audire quibus titulis pri scilicet illos Ecclesiæ Doctores & lumina cōdecorarint: ex quibus iam hi Lutheranos, iam illi Calvinistas faciunt. S. Augustinum, ait Pappus in Lutheri schola educatus, Lutherum fuisse. At Witakerus contra Campanum id negat, & Calvinistam fuisse dicit. At VVolumus tam hunc quam illum meritari: neque enim illum Lutheranum nec Calvinistam, sed idololatram fuisse. Vides quā misera tamquam alterum Hippolytum discerant! & novo miraculo post mortem ante 1000 annos obstat reformatum. Qui etiam quasi con-

spiratione facta, id unum agere videntur, ut omnem sanctissimorum virorum, qui Christi doctrinam sanguine suo obsignarunt, memoriam delectant & tollant: ut quorum nomina e Calendario expunxerunt, & in eorum locum omnium fœtidissima & turpisima substituerunt. Nam Martino Pape, martyri corona illustrata, Martinum Lutherum succenturiarunt, cuius natalem impij homines aiunt, alteram Christi fuisse nativitatem; quasi Christus in Lutheru renasci voluerit. Literarum primarum augurio ducti, S. Hilarij statuonem Hussio assignarunt; Saturnini Serueto, Genadij, Gentili. Vix quisquam est ex infima istorum hominum face, ad Ziscam etiam usq; illam functionem Bohemiam faciem, qui non in isto Sanctorum catalogo locum aliquem inuenierit, qui tamen milie potius supplicij & cruciatibus digni sunt. Qui de his plura scire cupit, supradictum Funicum legat, & Martyrologium Tomis aliquot concinnatum. Sed quomodo illi in creaturas & seruos non fuerint calumniosi, quum ne ipso quidem creatori & Deo pepercérint? Videre passim fuit in noui Testam ent libris & alibi, Tabulas sive imagines, Cœnam illam D. N. Iesu Christi repræsentantes, ita factas & pictas ut in eis Lutherus cum inflatis suis buccis in medio sedens Christum refearet, Philippus Melanchthon S. Petrum, Georgius Major, Lutheri sui incumbens, Ioannem Eberus Andream, Fessingerus Philippum, Pomeranus Jacobum, Alelius Thomam, & Iustus Jonas Lutheri pedissequus, Iudam Thadæm, curtam tamquam Lutheri delicijs. S. Ioannis locus potius tribundus fuisse videatur. Reuera autem omnes erant meri Iude Iscariothæ canterio in signiti, is enim solus intin etum panem, Symbolum Veraquistarum seu sub utraque communicare per fas & nefas volentium, accepit. Tu quid tibi, Lector, de eiusmodi hominum collegio videatur vide. Sic: nimur eos qui semel verecundia limites transgressi fuerint, gnauier oportet esse impudentes. Sed numquid eadem modestia quæ se in hunc locum ingesserunt, deturbandi inde rufas videntur? Ignosc Lector, si quamprimum me hinc proprvio, busones illos terrimos & ranas coaxantes audiens, atque irasciflantes videntis, ut magnis illis viris, quorum memo-

o Vlenberg Tit. Luth cap 33. num 2. Vide etiam Conrad. Andrea Lutherum Innoxium. p Cyriacus Spangenb. contra Steph. q Schlusselb. impræ. lib. 7 Hare.

memoriam Ecclesiam numquam sine honoris præfatione usurpauit, qui cum cœlis commercium habuerunt, quique decies mille mortes subire, quam vnam Fidei syllabam corrumpere maluis sentijs, inquam, quorum gloria in omnia futura sæcula perdurabit, audeant æquiparare.

Quid? an Soles illos, quorum claritas mille Mundis illustrandis satis esse possit, à Luthero lumen mutuatos credimus? An purissimas illas animas, quæ ab omni imperfectione & iabe actiones, immo & cogitationes suas defæcatae studierunt, impuro illo monacho, ex sanctimonialis complexibus calenti in disciplinam se tradituros fuisse existimamus? O Luther! miserrime! Potuisse tu quidem ab illis lumen mutuari, potuisse veram doctrinæ & morum regulam ab eis disce- re; sed tu, velut talpa in tenebris illis tuis ca- uernis sepultus latere, quam salutaribus illis Ve- ritatis radijs illuminari & ex cæco & amictuoso illo errorum tuorum labyrintho educi prælegisti. At vos, o Lutherani, Numquid Midæ illius similes estis, qui inconditam & stridulam Satyri fistam suauissimis tot Apollonum fidibus præferre non dubitatis? Apagite igitur ad rudes illos & Barbaros Schytas, qui hinnitu equia aut asini ru- gitu magis, quam Mysico concantu delectantur. Missos vos facio in hoc Mundo, qui vos procul dubio in altero illo alio oculo quam nunc intue- bimini, dicentes: Nos insensati vitam illorum (Ca- tholicorum, Papistatum, Monachorum &c.) esti- mabamus insaniam & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter San- ctos fors illorum est. Ergo erramus, & lusitria lumen non affulxit nobis &c.

## DE DIVERSIS MALORVM QVÆ sequuta sunt prodigijs.

### CAPUT XII.

#### ARGUMENTVM.

- I. Lutherus Antichristi præcursor, cum totius Mundi stupore.
- II. Depredigij & quætunc apparuerunt.
- III. Tres Soles in celo vix sunt.
- IV. Itemque tres Luna.
- V. Plurime Eclipses Lutheritatem tempore conspecta.
- VI. Astrologorum de ipsis iudicia.

I. POSTEAQVAM tam Orientalis quam Oc- cidentalis Ecclesia monachum illum, qui primum claustris monasterij sui pertupris, omni proculcata subiectione & obedientia, ad pileum quasi omnes vocarat; qui Catholicæ Ecclesiæ antiuitati superbissime illuserat, qui tot sedicio- nes, tot bella excitauerat & aluerat, nouam deni- que religionem, & nouum quasi Deum Mundo inuexerat, tandem sine vlo missionis suæ testimo- nio, mortuum vidit; non sine causa profecto hunc ipsum & si non Antichristus ipse fuerit, præ- cursorem tamen eius fuisse, plerique vera pierate & doctrina præstantes viri arbitrati sunt. Præter- quam enim quod Lutheri nomen, sicut alibi à nobis dictum est, (a) numerum illum Antichristi nempe 666, præfert: ipse etiam, quantum in se fuit, iuge illud Missa sacrificium aboleuit, sacrosanctæ Eucharistia elevationem atque adorationem prohibuit, quod Antichristum facturum S. Hippolytus præ- dixit; ab ipso denique consuta religio in multis illi similis est quam ab Antichristo imperatum iri prædictiones testantur: præter hæc omnia, in- quam, multa signa & prodigia, qua aduentum vltimi illius Christi aduersarij, qui in sacra Scriptura etiam homopœcati dicitur præcessura sunt, Luther- ro in Ecclesiam grassante, apparuerunt. De signis vero illis & prodigijs quum cœlestium ille rerum secretarius in sua Apolypsi, tum ipse Dominus no- ster Iesus Christus in Euangeliotestatur, ex quib[us] præcipua sunt quod Sol lugubri vultu terribilis, Luna obscurabitur, planetæ & omnes alterationem quan- dam sentient, mare fremens terminos à natura positos egreditur, bello, pele, same homines ad desperationem usque affligentur.

II. Hæc vero omnia Lutheri sæculura vidi; quo admirabiles fuerunt Planetarum combustio- nes, & totamq[ue] stupendæ Eclipses, stellarum vero præcipue errantium terribiles formæ apparuerunt; Sol ferrugineo, mox sanguineo vultu conspicien- dum se præbuit: & crux nigra, itemque aquila & leo mutuo se complexi, toti quasi flammis lucentes visi sunt. Recens ante confederationem Principum Germania, inqui Peucerus Lutheranus, cum Gallie rege, Anno MDL circa tertiam à Sole exortu horam, XXI. Martij consperimus Parelia, qua nitore propemo- dum Solem antecellebant. Erant arcu connexa Iridu va- riato coloribus, & in Occasum vergente, quæ consegue- bantur duo alijs corniculata specie, minores multo & an- gustiores iisdem insignes coloribus, seq[ue]nti exteriore contingē- tes ambitu Eorum alter conuersis in Sole cornibus, auer-

a Lib. I. cap. 5. n. 2.

M m 2

alt